πρέπει τῇ φαινομένῃ μορφῇ ἐλευθεριότης. A
Ὅσοις δὲ οἱ ὦμοι δύσλυτοι, συνεσπασμένοι,
ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέ-
πειαν. Οἷς τὰ περὶ τὰς κλεῖδας εὔλυτα,
αἰσθητικοί. εὐλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς
κλεῖδας, εὐκόλως τὴν κίνησιν τῶν αἰσθήσεων
δέχονται. οἷς δὲ τὰ περὶ τὰς κλεῖδας συμ-
περιπεφραγμένα ἐστὶν, ἀναίσθητοι. δυσλύτων
γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας, ἐξαδυνατοῦ- B
σι τὴν κίνησιν παραδέχεσθαι τῶν αἰσθήσεων.
Ὅσοι τὸν τράχηλον παχὺν ἔχουσιν, εὔρω-
στοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. ὅσοι
δὲ λεπτὸν, ἀσθενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ·
οἷς τράχηλος παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς·
ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς θυμοειδεῖς ταύρους· οἷς δὲ
εὐμεγέθης μὴ ἄγαν παχὺς, μεγαλόψυχοι· ἀνα-
φέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. οἷς λεπτὸς, μακρὸς,
δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. οἷς δὲ C
βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
λύκους. Οἷς τὰ χείλη λεπτὰ, καὶ ἐπ' ἄκραις
ταῖς συγχειλίαις χαλαρὰ, ὡς ἐπὶ τοῦ ἄνω χεί-
λους πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι τὸ πρὸς τὰς
συγχειλίας, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
λέοντας. ἴδοι δ' ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν με-
γάλων καὶ εὐρώστων κυνῶν. οἷς τὰ χείλη λε-
πτὰ σκληρὰ, κατὰ τοὺς κυνόδοντας τὸ ἐπανεστη-
κὸς, οἱ οὕτως ἔχοντες, εὐγενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ D
τοὺς ὗς. Οἱ δὲ τὰ χείλη παχέα ἔχοντες, καὶ τὸ
ἄνω τοῦ κάτω προκρεμάμενον, μωροί· ἀναφέ-
ρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους τε καὶ πιθήκους. ὅσοι δὲ τὸ
ἄνω χεῖλος, καὶ τὰ οὖλα προεστηκότα ἔχου-
σι, φιλολοίδοροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας.
Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν παχεῖαν ἔχοντες, ῥᾴ-
θυμοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. οἱ δὲ τὴν ῥῖ-
να ἀκρόθεν παχεῖαν ἔχοντες, ἀναίσθητοι· ἀ- E
ναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. οἱ τὴν ῥῖνα ἄκραν [ὀ-
ξεῖαν] ἔχοντες, δυσόργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
κύνας. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα περιφερῆ ἔχοντες, ἄκραν
μὲν, ἀμβλεῖαν δὲ, μεγαλόψυχοι. ἀναφέρεται
ἐπὶ τοὺς λέοντας. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτὴν
ἔχοντες, ὀρνιθώδεις. οἱ ἐπίγρυπον ἀπὸ τοῦ με-
τώπου εὐθὺς ἀγομένην, ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται
ἐπὶ τοὺς κόρακας· οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες, καὶ
τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, μεγαλόψυχοι· ἀ- F
ναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς. οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἔγ-
κοιλον ἔχοντες, τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περιφερῆ,
τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκυῖαν, λάγνοι·
ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας. οἱ δὲ σιμὴν
ἔχοντες, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους.

quia conuenit apparenti formæ liberalitas: quibus verò difficulter ſolubiles, conuulſæ, illiberales: referuntur ad apparentem conuenientiam. Quibuſcunque autem ea, quæ ſunt circa CLAVEM colli, bene ſolubilia, ſenſiles: nam bene ſolubilibus exiſtentibus quæ ſunt circa clauem facilè motum ſenſuum recipiunt, quibus verò quæ circa claues ſunt, concluſa ſunt, inſenſibiles: difficulter enim ſolubilibus exiſtentibus his, quæ circa clauem, impotentes ſunt recipere motum ſenſuum.

Qui COLLVM groſſum habent, fortes ſunt ſecundum animam, referuntur ad maſculinum, qui autem habent ſubtile, imbecilles ſunt: referuntur ad fœminas. Quibuſcunque collum groſſum, & carnoſum, iracundi: referuntur ad iracundos tauros. Quibuſcunque autem eſt bene magnum, non valde groſſum, magnanimi: referuntur ad leones. Quibus eſt longum, ſubtile, timidi ſunt: referuntur ad ceruos. Quibus autem breue valde, doloſi, & inſidiatores: referuntur ad lupos. Quibus ſunt LABIA ſubtilia, & in extremitatibus laxa, ita vt ſuperius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum, magnanimi ſunt, referuntur ad leones. Videbit vtique aliquis hîc & in magnis & fortibus canibus, quibus labia ſubtilia, dura circa dentes caninos, ſupereminentes, qui ita habent, ignobiles: referuntur ad ſues. Qui autem groſſa labia habent, & ſuperius inferiori propendens, fatui: referuntur ad aſinos. Quicunque autem ſuperius labium & gingiuas præeminentia habent, amatores ſunt contumeliarum: referuntur ad canes. Quicunque autem NASVM extremum groſſum habent, rathymi ſunt, id eſt, facilem animum habent ad concupiſcendum: referuntur ad boues. Qui autem naſum in extremitate groſſum habent, inſenſibiles ſunt: referuntur ad ſues. Qui naſum extremum acutum habent, difficulter iraſcibiles ſunt: referuntur ad canes. Qui naſum habent rotundum, & obtuſum, magnanimi: referuntur ad leones. Qui verò naſum extremum ſubtilem habent, auiculares. Qui habent à fronte mox curuum, inuerecundi ſunt: referuntur ad coruos. Quicunque autem aquilum habent, articulatum à fronte, magnanimi: referuntur ad aquilam. Quicunque naſum concauum habent, & frontem rotundam, & rurſum eminens rotundum, luxurioſi: referuntur ad gallos. Qui verò ſimum, luxurioſi: referuntur ad ceruos.